



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma  
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter  
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1688**

Tent. I. Circa Persecutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](#)

CAPUT II.

DE TENTATIONIBUS CIRCA SPIRITUALIA BONA OCCVRRENTIBVS.

LI. Inter has tentationes præcipue numerantur Persecutiones, Convicia, Detractiones Injuria, Judicia temeraria, Inimicitiae, mali mores, contemptus, falsa accusatio, postpositio, & similia, de quibus proin in hoc capite eodem ferè ordinetur agendum.

§. I.

Tentatio I. Circa Persecutiones.

LII. Nicolaus Aulicus Vir piissimus, & recti amans, ideoque ad varios honorum gradus promotus, gravissimas patitur persecutiones tum à malis Aulicis illud Sap. 2. usurpantibus: *Circumveniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris. Tanquam nugaces estimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immunditia. Contumelia & tormento interrogemus eum, ut siamus reverentiam ejus, & probemus patientiam illius: tum ab iis, quos vel ab injustitiis exercendis cohabant: vel ob commissas puniebat; unde graviter se ob ejusmodi persecutiones interdum affligi, & tentari facetur. Quæritur, quomodo contra ejusmodi tentationem roborandus sit?*

Responsio.

LIII. Inprimis ipsi Christi exemplum ob oculos proponat, qui Apostolos suos ad ejusmodi persecutions fortiter tolerandas animaturus Jo. 15. dixit:

N §

Memen-

Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis. *Nu-*  
*est servus major Dominus suo.* Si me persecutis sunt, &  
*vos persequentur.* Imò de facto, quotiescumque ip-  
*Nicolaus*, aut alias quicunque persecutionem pati-  
*tur*, cum illis easdem simul patitur, uti satis cl-  
*S. Paulo Act. 9, ostendit*, dum eidem Christiano  
*persequenti dixit: Sanle, Sanle, quid me persequeris?* super quæ verba S. Augustinus in Ps. 30. sic scribi-  
*Non ait Christus: quid sanctos meos, quid servos meos*  
*sed quid me persequeris?* Caput pro membris clama-  
*vocem namque pedis suscipit lingua, quando forte*  
*turba contritus pes dolet, clamat lingua: calcas me*  
*non ait, calcas pedem meum, sed se dicit calcari, quia*  
*pes, qui calcatus est, à lingua separatus non est.* Unde  
*meritò S. Paulus 2. Tim. 3. dixit: Omnes, qui*  
*volunt vivere in ( &c cum ) Christo, persecutionem*  
*patientur.* Et idipsum S. Hieronymus ep. 1. Eu-  
*ras, ait, si putas unquam Christianum persecutum*  
*non pati.*

LIV. Secundò in memoriam illi revocet, qui  
*Christus olim iisdem suis Apostolis, imò Christiani*  
*omnibus Matt. 5. dixerit: Beati qui patiuntur perse-  
*cutionem propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum*  
*cælorum.* Et iterum: *Beati estis, cum maledixint*  
*vobis & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum*  
*adversum vos mentientes propter me: gaudete, & ex-  
*ultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælo.**  
*Ergo meritò felicem se putaret, si certum praedicio*  
*nationis signum habere posset, quidni persecutionem*  
*libenter patiatur, ob quas ab ipso Christo regnum*  
*cælorum, & æterna beatitudo ipsi promittitur? S. Am-  
*brosius***

brofius certè dicere non dubitavit s. 12, in Ps. Fortasse  
cum persecutionem non patimur, tanquam condemnati  
habemur.

LV. Tertiò illi ostendat, quod, sicut illi, qui  
altioribus & severioribus scientiis student, à Professo-  
ribus aut parentibus Theses publicas ad ostendendum  
profectum suum habere, & defendere jubentur, &  
in tali casu eos, qui contra ipsos acriter argumentan-  
tur, non tanquam Hostes, sed Amicos & Benefa-  
ctores agnoscunt, idéoque in fine gratias agunt pro  
dissimilis argumentis; ita & DEUM dare dilectissimi-  
mis Filiis suis occasionem ad suæ virtutis profectum  
demonstrandum, & Persecutores velut argumen-  
tantes subornare; uti jam olim Tertullianus in apo-  
loget, indicavit, dum sic alloquitur Tyrannos, qui Fi-  
deles persequebantur: *Cruciate, torquete, dammate,*  
*antere nos; probatio est innocentia nostra iniquitas ve-*  
*sna;* ideo nos hæc *DEVS* pati patitur. Quidni ergo  
avide arripiat occasionem istam, & honori sibi ducat,  
quod præ aliis dignus sit estimatus, ut publicum pro-  
fessus sui specimen non tam ipsi mundo, quam Deo  
& cælibibus universis præbere possit.

XVI. Quartò illi ostendat, quantum etiam ad ul-  
teriorum profectum faciendum in perfectionis &  
virtutis studio conducant ejusmodi persecutio[n]es; si-  
cū enim animalia Silvestria, ut cervi & apri, quæ  
canes sunt persecuti, meliora plerumque & sapidiora  
sunt, quia ex ebullitione sanguinis, ac timore & ca-  
lefactione motu caro redditur tenerior, & ad come-  
dendum sapidior; ita Deus eos, quos ad mensam sive  
gloriam cœlestem præparat, solet malorum hominum  
persecutionibus exponere, ut aptiores ad vitam æternā  
efficiantur.

efficiantur; hinc teste Apostolo Hebr. II. alii disti-  
ti sunt, ut meliorem invenirent resurrectionem. Ali-  
ludibria & verbera experti, insuper & vincula, ab eis  
carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in sit ob-  
occidente gladii mortui sunt, angustiati, afflati,  
quibus dignus non erat mundus.

LVII. Quintò denique eidem ostendat, quòd, s-  
cut ij, qui per sequuntur ipsum, habent Diabolus  
assistentem, ita ipse habeat DEUM protegentem, et  
que adeò causam non habeat timendi damnum ex tu-  
persecutione; id quod S. Cyprianus de exhorta-  
Mart, c. 10. eleganter confirmat, offerens locum  
lum Exod. 1. *Quanto magis opprimebant eos (nem-  
Ægyptij Filios Israël) tanto magis multiplicabantur,*  
crescebant: sic super eo discurrit: *Ex hoc loco per qua-  
necessaria nobis traditur admonitio, nempe timenda  
non esse injurias, & poenas persecutionum; quia man-  
est Dominus ad protegendum, quam Diabolus ad im-  
pugnandum.* Hinc, ut idem Author in Apol. adver-  
Demetrium ait, *nunquam impiorum crudelitas in no-  
men Christianum exurgit, ut non statim divinitus quo-  
dicta comiteetur;* & quanto magis fuerit persecutionis  
inuria, tantò & illustrior fiet, & gravior pro persecutio-  
vindicta; uti in persecutionibus Romanorum Cal-  
rum videre est.

## §. II.

### Tentatio II. Circa contumelias, & convitiae.

LVIII. **U**liana Uxor sævissimum & summè iracu-  
dum habens Maritū, quotidianis ab eo con-  
tumelijs, convitiisque adeò lacefitur, ut prope in-  
lerabile